

anecdota. Libellus hic pertinuit olim ad usum Fr. *Sebastiani Vilanova*, a quo fortasse scriptus.

§. XII.

COMPENDIA SIVE EXCERPTA EX LIBRIS
Granatensis, in varias formas, pro ingenio et libito
editorum, concinnata.

- I. **L**ATINE. Fr. *Petrus Mersicus Cratepolius*, Instituti D. Francisci Fratrum Conventualium Coloniae, in *epitomen* redegit omnes Conciones *Granatensis*, duobus Tomis: quorum prior *Postillas et Homilias in totius anni de tempore Evangelia* continet; posterior vero *Postillas et Homilias in praecipua Sanctorum festa*. Prodierunt primum Coloniae 1586. Postea Antuerpiae 1589. in 8. teste *Nicolao Antonio*. Ibidem 1590. Lugduni 1591. in 8. quam laudat *Clesius* in *Elencho* pag. 139. Coloniae eodem anno, apud Sybillam a Porta, ex fide *Possivini*. Iterum Lugduni, in Officina Q. Hug. a Porta 1595. in 8. * quae apud nostros Fontinetanos exstat. Antuerpiae 1599. etiam in 8. Rursus Lugduni, ex Typographia Claudii Morillon 1609. in 8. quam a se visam refert Fr. *Iohannes a S. Antonio* in *Bibl. Francisc.* T. II. pag. 460. col. 1.
- II. *Easdem Conciones* compilavit *Iohannes Sweertius*, Professione Carthusianus Agrippinas; idque multo elegantius adcuratiusque, quam *Cratopolius*, inquit eius patruus *Franciscus Sweertius* in *Athen. Belg.* et *Theodorus Petreus* pag. 218. *Bibl. Carthus.*
- III. *Epitome Concionum de Adventu*. Antuerpiae 1604. in 12. Laudatur a *Lipenio* in sua *Regali Bibliotheca*. Nec est praetermittendum, *Surium* plerasque Conciones *Granatensis* inter suas adoptasse.
- IV. *Introductionis ad Symbolum Fidei compendium*, quattuor Libris comprehensum, et a *Michaele ab Isselt* Latine elaboratum, praelo datum fuit primum Coloniae 1592. in 8. quae in Regia Escorialensi; ac subinde Lugduni, Iohannis Baptistae Baysson 1597. 8. * Valentiae in Augustiniana et Archiepisco-

pa-

pali. In nuncupatoriis litteris ad R. D. *Lunenbergum Brummerum*, Harseveldensis Monasterii in Dioecesi Bremensi Archiepiscopatum, eid. Augusti MDXCV. dicit ipse *Isseltius*, ex Italico sermone in *Latinum* transulisse.

V. *Paradisus precum* ex Ludovici Granatensis opusculis per *Michaelem ab Isselt concinnatus*. Coloniae 1589. 12. quam laudat *Clesius* pag. 144. *Elenchi*. Ibidem 1599. in 16. et 1604. in 12. quae ex fide *Echardi* exstat Parisiis in Regia E 3681. Tum Moguntiae 1610.

VI. *Vita Christi*, collecta per eundem *Michaelem ab Isselt*. Coloniae, *Quentelii* 1591. Referunt *Taxander* pag. 80. et *Clesius* pag. 138. Iterum sub hac epigraphe: *Vita Christi ex diversis Granatensis opusculis spiritualibus collecta, in sexaginta duas meditationes, seu capita digesta per Michaelem ab Isselt ex Italico in Latinum sermonem translata, hacque postrema editione diligenter recognita, et novis figuris exornata*. Coloniae 1596. 12. quam laudat *Iohannes Henricus a Seelen* pag. 484. operis, cui titulus: *Selecta litteraria*, Lubecae editi 1736. in *Consilio de adornanda Bibliotheca Christiana, sive notitia Scriptorum de Christo*. Rursus Coloniae 1607. cuius meminit *Lipenius*.

VII. *Thesaurus precum*. Lugduni, ex Typographia *Lamberti Rasfelt* 1606. 16. Sic *Taxander* pag. 79. praetermittens a quo ille excerptus sit.

VIII. *Opuscula spiritualia*. Coloniae 1626. Laudat *Catalogus Librorum* apud Fratres de Tournes anni 1763.

IX. *Viridarium seu Paradisus precum* ex Ludovici Granatensis operibus potissimum desumptus, opera Fr. *Guillelmi Sommerii* Brabantini Ord. Praed. *Silvaeducis* 1621. in 12.

X. *Flores R. P. Fr. Ludovici Granatensis, ex omnibus opusculis spiritualibus summa fide excerpti, et in octo partes distributi, collectore et interprete Michaele ab Isselt Amorsfortio*. Coloniae 1598. in 12. Ibidem, *Arnoldi Quentelii* 1610. in 12. et Moguntiae, eodem anno.

XI. *Modus pie vivendi, ex variis eius opusculis spiritualibus desumptus*. Coloniae 1620. in 12.

XII. *Exercitia in septem meditationes matutinas ac totidem vespertinas, distributa ab Auctore Hispanice primum conscripta*

D 4

in-

inde in Italicam versa, nunc vero Latina facta, opera ac studio Michaëlis ab Iffelt *Amorsfortii*. Coloniae Agrippinae in Officina Birckmanoica, sumtibus Arnoldi Myllii 1586. in 12. pagg. 438. Nuncupat *Iffelt Domino Marcello Lentto* Monasterii Windefemensis Priori, Ordinisque Canonicorum Regularium S. Augustini per utramque Germaniam Generali, Idibus Martiis 1586. in qua Epistola haec habet: *Itali, ne sacrosancto isto Thesauro defraudarentur, eadem opera in suum idioma transtulerunt, in qua translatione Camillus Camilli, Georgius Angelierus, Timotheus Bagnus, et Iohannes Baptista Porcacchius summa cum laude et industria laborarunt.* Parvum hunc Libellum, tamquam prodromum emisit *Iffeltius*, ut si vendi et cum fructu legi disceret, brevi *Manuale* eiusdem *Granatensis*, et ita deinceps reliqua opera praelo offerret. Huius editionis, * quae exstat in nostra Bibliotheca S. Onuphrii, meminit etiam *Taxander* pag. 79. qui et addit aliam 1591. in 12. Prodiit quoque Coloniae 1596. in 12. ut fidem facit *Catalogus* de Tournes anni 1733. Forte non aliud est a praecedenti opusculum ab ipso *Iffeltio* foras missum sub hoc nomine: *Meditationes devotissimae de praecipuis articulis et mysteriis Servatoris nostri Iesu-Christi, a Conceptione illius usque ad Ascensionem.* Coloniae 1586. 12. quam memorat *Taxander* pag. 79. *Clarorum Hispaniae Scriptorum*, et *Clesius* in *Elencho* pag. 138.

XIII. R. P. Fr. Ludovici Granatensis flores ex omnibus spiritualibus eius opusculis Hispanice conscriptis studiose Italica lingua excerpti, nunc vero ex Italica in Latinam translata a D. Henrico Cognanno *Harlemensi Medico Doctore*. Coloniae, Godefridi Kempensis 1585. in 12. * quae exstat in nostra Valentina.

XIV. ITALICE. *Compendio di tutte l'opere spirituali di Fra Luigi da Granada*, Auctore Fr. *Francisco Panigarola* Ord. Minor. celebri Concionatore, ac postea Astensi Episcopo. Sic refert *Wadingus*, addens sua aetate nondum editum. *Iohannes* quoque a S. Antonio T. I. *Bibl. Francisc.* pag. 421. inter opera *Panigarolae* anecdota recenset.

XV. *Rosario della sacratissima Vergine Maria Madre di Dio nostra Signora*, dall'opere del R. P. Fr. Luigi da Granada raccolto, per Fr. *Andream Gianetti* vel *Zanetti*, ut alii scribunt, Ord.

Ord. Praed. Romae, Iosephi de Angelis 1573. fol. parv. cum figuris super laminas aeneas ab Adamo Mantuano incisiss, quae exstat apud nostros ad S. Onuphrii. Editionem aliam Romae 1573. in 12. laudat *Alva* in *Prol. Solis veritatis*, ubi agit de Libris falsificatis, et quaerit, cur in his prioribus editionibus defint illa verba, quae in sequentibus mox referendis reperiuntur, nempe: *B. V. fu netta e munda da ogni culpa, e però dice Ave, cioè senza vae di peccato e di macula alcuna.* Facilis responsio, additionem esse factam a morte Auctoris. Legesit *Echardum* T. II. ad an. 1575. pag. 231. ubi etiam fidem facit, rursus produsse Romae, apud Iohannem Bapt. Cavallieri, et Laurentium Rodericum 1577. in 4. Venetiis, Iohannis Varisco, et Hieronymi Francini 1582. 4. cum figuris. Ibidem 1587. et 1607. eadem forma.

Opus hoc idem sine dubio est cum eo, quod *Antonius* refert inter dubia sub hoc titulo: *Il Rosario della Vergine Maria*. Romae, per Iosephum de Angelis 1576. in 4.

XVI. *Modo di dir il Rosario, con le sue meditazioni e con un discorso di quanto frutto sia meditato e recitato in compagnia, e con un' orazione per domandar a Dio il sentimento di quelli, cavato dall'opere del M. R. P. Fr. Luigi di Granata etc.* studio ac cura Fr. *Paulli Laetantii* Anconitani Ord. Praed. Maceratae, ex Typographia Petri Salvoni et Augustini Grisei 1630. in 8. Habebat *Iohannes Cinellus* Florentinus, et meminit *Bibl. Volante*, Scanzia XIII. pag. 122.

XVII. *Trattato della Confessione et Communionem del R. P. Fr. Luigi di Granata*, desumptus ex II. et III. parte *Memorialis Vitae Christianae* a Fr. *Iosepho d' Ariano* Ord. Praed. Insertus est Libro, cui dedit titulum: *Rosario fiorito, et Paradiso dell' Anima*. Neapoli, Secundini Roncagliola 1644. in 4. a pag. 235. ad 276. * Prodiert iam simile opusculum anno 1579. paullulum spiritus, et ab Auctore anonymo in lucem extrusum sub hoc integro titulo: *Trattato della Confessione et Communionem del R. P. Fr. Luigi di Granata dell' Ordine de' Predicatori; nel quale si contengono alcuni Rimedii generali contra il peccato mortale, et molte devotissime Orationi: da lui stesso cavato dalle sue opere, et nuovamente tradotto dalla lingua Spagnola.* Venetiis, Georgii An-

Angelierii 1579. in 4. pagg. 62. * quam editionem penes me habeo.

XVIII. *Pie e devote orationi raccolte da diversi santi Dottori per il R. P. Fr. Luigi da Granada etc. et sparse in diversi luoghi delle sue opere nuovamente poste insieme, et ordinate secondo i bisogni della vita humana dal P. F. Nicolo Aurifico Senese Carmelitano, con una breve regola di ben vivere, et alcuni essercizii spirituali.* Venetiis, Gioliti 1574. in 12. pagg. 417. Existare Parisiis in Regia D 3685. Echardus auctor est; qui et putat idem opus esse cum eo, quod Antonius T. II. *Bibl. Nov.* pag. 33. col. 2. laudat hoc titulo: *Flores Coronae spiritualis*, dicens ibidem *Italice* excusum eodem anno. Antonius videtur mutuasse a Possentino, qui id ipsum testatur; sed Echardus opinionem suam nullo firmo suadet fundamento.

XIX. *Flores* ex opusculis nostri Granatensis carpti, Latine editi a Cogmanno, ut Num. XIII. huius §. iam vidimus, Italico Idiomate donati primam lucem adspexere.

XX. *Compendium Introductionis ad Symbolum Fidei*, de quo supra in hac ipsa §. Num. IV. Italice etiam prodit.

XXI. Idem contigit *Exercitiis in septem meditationes matutinas et vespertinas*, Num. XII. relatis, teste Lipenio in *Regali Biblioth.*

XXII. GALLICE. Clarissimus Cardinalis Duperronius eleganter hac lingua epitomavit opus, cui ritulus: *Guia de Peca-dores*, ut Auctor est Mugnozius Lib. III. cap. 3. fol. 175. b.

XXIII. *Lieux communs et discours spirituels en forme de predications, ou sont traitees plusieurs matieres concernantes le salut de l'ame et la reformation de notre vie: extraits des sermons du R. P. Louis de Grenade Espagnol de l'Ordre de S. Dominique, et faits François par Nicole Colin Chavoine et Tresorier de l'Eglise de Reims.* Parisiis, Guillelmi Chaudiere 1580. in 8. Laudat Verderius in sua *Biblioth. Franc.*

XXIV. *Predications contenant certaines matieres et points necessaires a estre traitez et prechez pour les Avents, et depuis les Avents jusques en Careme; extraites des sermons du dit de Grenade, et mises en François par le meme Nicole Colin.* Ibidem 1582. in 8. Recensetur ab ipso Verderio, quem excipit Echardus.

XXV.

XXV. Non videtur heic praeterendum, in Gallico opere, cui ritulus: *Homelies morales du Sr. Floriot*, integras paginas passim reperiri, ex sermonibus nostri Granatensis convasatas.

XXVI. *Les fleurs des meditations Divines, mises en François par Gabriel Chappuis.* Rotomagi, 1627. in 12. ex fide Echardi.

XXVII. Idem Chappuis Gallice convertit *Paradisum precum* ex Ludovici Granatensis Opusculis per Michaëlem ab Isselt collectum, cuius fecimus mentionem Num. V. huius §. pro-cudit-que Rotomagi 1611. in 12.

XXVIII. *Methodo pour se confesser et communier, tiree de ses Oeuores, traduites par Girard.* Parisiis, 1684. in 16. quam existare apud nostros Parisienses ad S. Honorati, Echardus pro-dit.

XXIX. GERMANICE. *Traetatus de Rosario*, ex eius operibus excerptus, hac lingua prodit 1619. in 12. et 1621. 12. etiam, ut tradit Lipenius in sua *Biblioth.*

XXX. Hoc Idiomate prodierunt etiam *Exercitia in VII. Meditationes matutinas ac vespertinas*, de quibus supra Num. XII. huius §. ut innuit Isseltius in Monito ad Lectorem, quod est ad calcem operis.

XXXI. ANGLICE. *A Paradise of Prayers gathered of the Works of L. de Granada.* Londini 1633. in 8. Refert *Bibliotheca Bodleiana* pag. 301. col. 1.

XXXII. Eiusdem *Same into English.* Parisiis 1582. in 8. Testatur Thomas Hyde.

XXXIII. *Same abridged.* Lovanii 1599. in 8. Recenset proxime laudatus Hyde, in *Biblioth. Bodl.* pag. 300. col. 2.

XXXIV. BELGICE. *Meditationes Granatensis Belgicae* fecit Fr. Guillelmus Sommerius, Ord. Praed. patria et professione Silvaeducensis, ut a senioribus Bascoducensis Coenobii Mechliniae tum degentibus, qui et opus viderunt, accepit Fr. Gilbertus de la Haie, et testatur in *Bibl. Belgo-Dominicana* MS. Videtis Echardum T. II. ad an. 1635. pag. 483.

XXXV. HISPANE. *Suma de Fr. Luis de Granada, recogido i abreviado por el R. P. Hernando de Villareal.* Caesaraugustae apud Iohannem de Ibars 1661. in 16. * Est autem compendium operis *De la oracion i meditacion*: de quo supra §. II. n. 2.

XXXVI. *Alimento espiritual. Cotidiano ejercicio de meditaciones,*

nes, escogidas de las Obras del V. P. M. Fr. Luis de Granada, del B. Enrique Sufon, i de la Serafica Madre S. Catalina de Sena. Emisit in lucem Fr. Iohannes Thomas de Rocaberti, tunc Professor Theologiae in Lycaeo Valentino, et Aragoniae Prior Provincialis, postea vero nedum totius Ord. Praed. Magister Generalis, sed etiam Archiepiscopus et Prorex Valentinorum, Barcinone, typis Mathevad 1668. in 4. pagg. 260. * Editio oppido rara, ac nullibi venum exposita. Ibidem, ac eodem anno, octuplicata forma. * Et Valentiae hoc ipso anno 1769. apud Salvatorem Fauli, in 8.

XXXVII. *Libro de la Oracion i Meditacion, en el qual se trata de la consideracion de los principales Misterios de nuestra Fe, i de las partes i doctrina para la Oracion.* Fr. Dionysius Sanchez Moreno, e familia nostra, contraxit, ac typis commisit. Inter plures editiones huius Operis, quae passim obviae sunt, hae a me visae: Barcinone, Iosephi Teixidò 1705. 8. in Fontinentana nostra. Ibidem, apud Raphaëlem Figuerò 1708. in 8. Matrity, ex Typographia Laurentii Francisci Mojados 1729. 8. in Archiepiscopali Valentina. Pampilone, sumptibus Paschalis Ibañez 1757. 8. Valentiae, Augustini Laborda 1761. 8. Matrity, eodem anno, ex Officina Emmanuelis Martin, 8. cum laminis aere incis. Rursus Matrity, formis eiusdem Typothetae 1765. 8. et Barcinone, Iosephi Giralt in 8. sine impressiois anno.

XXXVIII. *Oraciones i ejercicios espirituales para todos los dias de la semana, sacados de las Obras del V. P. M. Fr. Luis de Granada.* Matrity, ex Calchographia Antonii Sanz 1758. in 8.

XXXIX. *Ejercicios i meditaciones para los dias de la semana santa, sacados de la Obra del V. P. M. Fr. Luis de Granada; con una exacta explicacion de las sagradas Ceremonias, i del por què de cada una.* Auctore Cl. D. Fr. Iosepho Alphonso Pinedo, Ordinis nostri, Viro ornatissimo, ac facultate dicendi praestantissimo. Matrity, 1760. 1762. et 1765. ex Typographia Emmanuelis Martin in 12. cum figuris aere incis. Tertia editio, quae est mihi in usu, ab Auctore ipso emendatior locupletiorque prodiit.

XL. **PERVANE.** *Compendium Operum Venerabilis Fr. Ludovici Granatensis Indorum Idiomate generali Peruano concinnavit* Fr.

Fr. Iohannes de Mercado Dominicans; cuius meminerunt Melendez in Opere, cui titulus: *Tesoros verdaderos de las Indias* T. II. Lib. IV. cap. 1. et Antonius de Leon Pinelo T. II. *Epitome de la Bibl. Oriental i Occidental*, Tit. XVIII. col. 734. edit. 1738. Recenset quoque Echarodus ad an. 1622. T. II. pag. 427. subiungens, Opus hoc in publicam emitti lucem, Patres Provinciae Peruanae in Comitibus Limae V. Eid. Octobris MDCXXI. coactos, speciali sanxiffe ordinatione, Actis inserta.

§. XIII.

AMPLISSIMAE OPERVM NOSTRI LVDOVICI
collectiones.

Cum haecenus singillatim Opera nostri *Granatensis*, singularesque cuiusque pro virili nostra editiones recensuerimus; restat nunc, ut haec eorundem magnas collectiones Latinas, Hispanas, Gallicas, aliiisque linguis publicatas adiungamus, insignioresque impressiones indicemus.

L A T I N E.

I. Ad Latinas quod spectat, licet omnes *Conciones*, tam de tempore, quam de Sanctis pluries simul prodierint, ut §. I. sub Num. VI. iam vidimus, omnium tamen eius *Latinorum Operum* ad hanc usque diem nulla adhuc collectio facta fuerat. Sed quod felix faustum fortunatumque sit, desidiae huic in hac Vrbe Valentia nunc occurritur in elegantissima omnium, quotquot exstant, *Latina* lingua operum a *Granatensi* conscriptorum editione, quam summa diligentia adornat Iuvenis in dies inclarescens Iohannes Baptista Mugnozius, Valentinus Theologiae Doctor: cuius quidem eximia collectionis ab anno 1766. ad hunc quem numeramus 1769. iam decem Volumina, quadruplicata forma, edita sunt typis, ac pulchris illis quidem, Viduae Iosephi de Orga, hoc ordine. Quattuor priora anno 1766. Quintum 1767. Sextum 1768. quibus *Conciones de Tempore* continentur. Adiectae sunt Tertio Tomo *quinque de poenitentia Conciones*; sexto autem *Explicatio copiosior Concionis de officio et moribus Episcoporum*. Eodem anno *Rhetorica Ecclesiastica* proculsa est, cum
Prae-